Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



talenta mea tradidisti. ecce alia duo lucrata sunt. Ait illi
dominus eius. Euge serue bone et fidelis. quia super pauca fu
isti fidelis super multa te constituam. Intra in gaudium
Lectio sancti euangelii secundum lucam. ℣ ℣ PP. ℣ domini tui.
solliciti considerate nos admonet ne nos quid plus
quam in hoc mundo accepisse aliquid cernimus. ab
auctore mundi quasi iudicemur. LVCAM.
Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam.
accipere sibi regnum et reuerti. Vocatis autem decem
seruis suis. dedit illis decem minas. et ait ad illos.
Negociamini dum uenio. Ciues autem eius oderant illum.
et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hic
regnare super nos. Et factum est dum redisset accepto reg
no. et iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam. ut
sciret quantum quisque negociatus esset. Venit autem primus
dicens. Domine mina tua decem minas acquisiuit. Et ait
illi. Euge bone serue quia in modico fidelis fuisti.
eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter
uenit dicens. Domine mina tua fecit quinque minas. Et huic
ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alii uenit dicens.
Domine ecce mina tua quam habui repositam in sudario.